

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

In I. Catilinam, in senatv

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO!

IN L. CATILINAM, IN SENATU.

ORATIO XIX.

1



Vosque tandem abutere Catilina patientia nostra? quamdiu nos etiam furor tuus eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? nihilne te nocturnum presidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil tumor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munissimus habendi senatus locus: nihil horum ora, vultusque mouerunt? patere tua consilia non feceris? conuersionem tuam non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris, vbi fueris, quos conuocaueris, quid consilij ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? * o tempora, o mores. senatus hac intelligit, consul videt: hic tamen viuunt. viuunt? imo vero etiam in senatum venit: sit publici consilij particeps: notat & designat oculis ad eadem vnumquemque nostrum. nos autem vitae sortes satisfacere respicimus: videmur, si istius furorem ac tela vitemus, ad mortem te, Catilina, duci, iussu consulis iampridem oportebat: in te conferris pestem istam, quam tu in nos omnes iamdudum machinaris. * an vero vir amplissimus

1105

IN L. CATILINAM.

nus P. Scipio Pontifex maximus Ti. Gracchum me-
 diocriter labefactantem statum reipub. priuatus in-
 terfecit: Catilinam orbem terra, caede atque insidijs
 vastare cupientem nos consules perferemus? nam illa
 nimis antiqua pratero, quod Q. Seruilius Hala
 Sp. Melium, nouis rebus studentem, manu sua inter-
 fecit. fuit, fuit ista quondam in hac rep. virtus, vt
 viri fortes acrioribus supplicijs ciuem perniciosum,
 quam acerbissimum hostem, coecercerent. habemus e-
 nim S. C. in te, Catilina, uehemens, & graue: non
 deest resp. consilium, neque auctoritas huius ordinis:
 nos, nos, dico aperte, consules desumus. * decreuit 4
 quondam Senatus, vt L. Opimius consul videret, ne
 quid resp. detrimenti caperet. nox nulla intercessit:
 interfectus est propter quasdam seditionum suspici-
 ones C. Gracchus, clarissimo patre natus, auis, ma-
 ioribus: occisus cum liberis M. Fuluius consularis, si-
 milis S. C. Mario & L. Valerio cons. permessa est resp.
 num vnum diem postea L. Saturninum tribunum
 pl. & C. Seruilium praetorem pena reuocata est:
 at vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere
 aciem horum auctoritatis. habemus enim eiusmodi
 S. C. verum inclusum in tabulis, tanquam gladium
 in vagina reconditum, quo ex S. C. confestim in-
 terfectum te esse, Catilina, conuenit. viuis, & viuis,
 non ad deponendam, sed ad confirmandam auda-
 ciam. P. C. me esse clementem, cupio in tantis
 resp. periculis non dissolutum videri: sed iam me
 ipsum inertia nequitiaque condemno. * castra sunt 5
 in Italia contra resp. in Etruria faucibus colloca-
 ta:

ORATIO

pa: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum
autem imperatorem castrorum, ducemque hostium
infra moenia atque ad eum in senatu videtu: inesti-
nam aliquam quotidie perniciem reip. molientem.
si te iam, Catilina, comprehendi si interfici iussero:
credo erit verendum mihi, ne non hoc potius omnes
boni serius à me, quam quisquam crudelius factum
esse dicant. vtrum ego hoc, quod iam pridem fa-
ctum esse oportuit, certa de causa nondum addu-
ctor, ut faciam. tum denique interficiam te, cum
iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui si-
milis inueniri poterit, qui id iure factum esse fa-
teatur.* quandiu quisquam erit, qui te defendere
audeat, viues, & viues, ita, ut nunc viuis, multo
meus & firmis praesidijs obsessus, ne commouere te
contra temp. possis: multorum te etiam oculi, &
aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, specu-
labuntur atque custodient. etenim quid est, Cati-
lina, quod iam amplius expectes, si neque nox tene-
bris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus
parietibus continere vocem coniurationis tuae po-
test? si illustrantur, si erumpunt omnia? muta iam
est tui mentem, mihi crede: obliuiscere cadis, atque
incendiorum: teneris vndique: luce sunt clariora
nobis tua consilia omnia: quae etiam mecum, licet
recognoscas.* Meministine, me ante diem 12. Kal.
Novemb. dicere in senatu, certe die fore in armis,
qui dies futurus esse ante diem 8. Kal. Nou. C.
Manlium audacia satellitem atque administrum
tua? num me fefellit Catilina, non modò res tanta,
tam atrox, tam incredibilis, verum, id, quod multo

magis

IN L. CATILINAM:

magis est admirandum, dies? dixi ego idem in senatu, eadem te optimarum contulisse in ante diem 5. Kal. Nou. tum cum multi principes ciuitatis Romae non tam sui conseruandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. num inficiari potes, te illo ipso die meo praesidijs, mea diligentia circumclusum commouere te contra emp. non potuisse? cum tu, discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, eade contentum te esse dicebas? quid, cum te Praeneste Kale. ipsis Nouemb. occupaturum nocturno impetu esse consideres? senestine illam coloniam meo iussu, meis praesidijs, custodijs, vigilijs esse munitam? nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam, planeque sentiam. recognosce tandem mecum noctem illam superiorem: iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem reip. dico te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Lesca domum, conuenisse eodem complures eiusdem amentia scelerisque socios: num negare audes? quid taces? conuincam, si negas, video enim esse hic in senatu quosdam, qui tecum vnà fuerunt. * o dij immortales, vbi nō gentium sumus? quā remp. habemus? in qua vrbe viuimus? hic, hic sunt, nostro in numero P. C. in hoc orbis terra sanctissimo grauissimoque consilio, qui de meo, nostrūq; omnium interitu, qui de huius vrbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitēt. hosce ego video consul, & de rep. sententiam rogo, & quos ferro trucidari oportebat, ego nondum voce vulnero, fuisisti igitur

ORATIO

apud Leccam ea nocte Catilina : distribuisti partes Italia : statuisti quod quēq; proficisci placeret : delegisti, quos Roma relinqueres, quos tecum educeres : descripsisti vrbis partes ad incendia : confirmasti, teipsum iam esse exiturum. dixisti, paululum tibi esse etiam tum moro, quod ego viuerem. reperti sunt duo equites Romani qui te ista cura liberarent, & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerētur. * hec ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso comperi : domum meam maioribus presidys muniui, atque firmavi : exclusi eos, quos tu mane ad me salutarum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis & summis viris ad me venturos id temporis esse prædixeram. qua cum ita sint, Catilina, perge quod cœpisti, egredere aliquando ex vrbe : patent porta, proficiscere. nimium diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant : educ tecum etiam omnes tuos : si minus, quam plurimos : purga urbem, magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus interfit. nobiscum versari iam diutius non potes : non feram, non patiar, non sinam. * magna dÿs immortalibus habenda gratia est, atque huic ipse Ioui Scatori, antiquissimo custodi huius vrbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reip. pestem toties iam effugimus : non est sapius in vno homine salus summa periclitanda reip. quam diu mihi consuli designato Catilina insidiatus es, non publico me presidio, sed priuata diligentia defendi. cum proximis comitÿs consularibus, me consulem in

CAM-

IN L. CATILINAM.

campo, & cōpetitor es tuos interficere voluisti, cōpressi
 tuos nefarios conatus amicorum presidio & cōpys,
 nullo tumultu publicè concitato: denique quotiescunq; 12
 me petisti, per me tibi obstiti: quamquam videbā per-
 niciem meam cum magna calamitate reip. esse con-
 iunctam. * nunc iam apertè temp. vniuersam petis,
 templa deorum immortalium, tecta vrbis, vitā omniū
 ciuium, It aliam denique votam ad exitium, & vasti-
 tatem vocas. quare, quomā id, quod primum, atq; hu-
 ius imperij, disciplinæq; maiorum proprium est, facere
 non audeo, faciam id, quod est ad seueritatem lenius,
 ad communem salutē vtilius. nam si te interfici ius-
 sero, residēbit in rep. reliqua coniuratorum manus: sin-
 tu (quod te iam dudum hortor) exieris, exhaustetur
 ex vrbe, tuorum comitum magna, & perniciofa sen-
 tina reip. * quid est Catilina? num dubitas id me im-
 petrantē facere, quod iam tua sponte faciebas? exire 13
 ex vrbe consul hostem iubet: interrogas me num in
 exilium? non iubeo: sed si me consulis, suadeo: quid e-
 nim, Catilina, est, quod te iam in hac vrbe delectare
 possit? in qua nemo est extra istam coniurationem
 perditorum hominum, qui te non metuat: nemo, qui
 te non oderit? qua nota domestica turpitudinis non
 iniusta vitia tua est? quod priuatarum rerum dedecus
 non haeret infamia? qua libido ab oculis, quidd fa-
 cinus à mœnibus vnquam tuus, quidd flagitium à to-
 to corpore absuit? cui tu adolescentulo, quem corrup-
 telarum illecebris irretisses, nō aut ad audaciam fer-
 rum, aut ad libidinem facem prætulisti? * quid verd 14
 nuper? cum morte superioris vxoris nouis nuptijs do-

ORATIO

mum vacuam fecisses, nonne etiam alio incredi-
 bili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego praeterm-
 ro, & facile patior silevi, ne in hac ciuitate, tanti fa-
 cinoris inmanitas aut extitisse, aut non vindicata
 esse videatur. praetermitto ruinas fortunarum tua-
 rum, quas omnes impendere tibi proximis idibus sen-
 ties. ad illa venio, qua non ad priuatam ignominiam
 vitiorum tuorum non ad domesticam tuam diffi-
 cultatem ac turpitudinem, sed ad summam reip. atq;
 15 ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.
 Potestne tibi huius vita lux, Catilina, aut huius caeli
 spiritus esse incundus, cum scas horum esse nem-
 nem, qui nesciat te pridie Kal. Ia. Lepido & Tullo cu-
 siliis, stetit in Comitio cum telorum manum, consulum
 & principum ciuitatis interficiendorum caussa, pa-
 rauisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut
 timorem tuum, sed fortunam reip. obstitisse? ac iam
 illa omitto: neque enim sunt aut obscura, aut non
 multo postea commissa: quoties tu me, designatum,
 quoties me consulere interficere voluisti? quot ego tuas
 petitiones ita coniectas, ut vitari posse non videren-
 tur, parua quadam declinatione, & ut aiunt, cor-
 pore effugi? nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris,
 quod mihi latere valeat in tempore: neque tamen
 16 conari ac velle desistis.* quoties tibi iam, quoties iam
 extorta est sicca ista de manibus? quoties verò exci-
 dit casu aliquo & elapsa est? tamen ea carere diutius
 non potes: qua quidem quibus abs te iniuriata sacris
 ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis
 in corpore desigere. nunc verò qua tua est ista vi-
 ta?

IN L. CATILINAM.

ea? sic enim iam tecum loquar, non ut odio per motus
 esse videar, quo debeo, sed ut misericordia, qua tibi
 nulla debetur. venisti pauld ante in senatum: quis
 te ex hac tanta frequentia, tot ex tui amicis ac ne-
 cessarijs salutavit? si hoc post hominum memoriam
 contingit nemini, vocis expectas contumeliam, cum
 sis grauisimo iudicio taciturnitatis oppressus? quid,
 quod aduentu tuo ista subsella vacua facta sunt?
 quid, quod omnes consulares, qui tibi per sepe ad
 eadem constituta fuerunt, simul atque assististi, par-
 tem istam subselliorum nudam atque inanem reli-
 querunt? * quo tandem animi hoc tibi serendum pu-
 ea? serui, me hercule, mei, si me isto pacto metuerent,
 ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relin-
 quendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? &
 si me meos ciuibus iniuria suspectum tam grauitet,
 atque offensum viderem: carere me aspectu ciuium,
 quam in festis oculis omnium conspici, mallet: tu
 cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium
 omnium iustum, & iam diu tibi debitem, dubitas,
 quorum mentes, sensuq; vulneras, eorum aspectum
 presentiamq; vitare? si te parentes timerent, at-
 que odissent tui, neque eos vlla ratione placare
 posses: ut opinor, ab eorum oculis aliquid concederes:
 nunc te patria, qua communis est omnium nostrum
 parens, odit, ac metuit, & iam diu te nihil iudicat,
 nisi de parricidio suo cogitare. huius te neque au-
 ditoritatem verebere, neq; iudicium sequere, neq; vim
 pertimesces? * quarecum Catilina, sic agi, & quoda-
 modo tacita loquitur. Nullum iam tot annos faci-

ORATIO

nus extitit , nisi per te , nullum flagitium sine te :
 tibi vni multorum civium neces , tibi vexatio , dire-
 ptioque sociorum impunita fuit ac libera : tu non
 solum ad negligendas leges & quaestiones , verum
 etiam ad evertendas , persurgendasque valuisti . su-
 periora illa quanquam ferenda non fuerunt , ta-
 men , ut potui , tulit : nunc vero , me totam esse in me-
 ru propter te vnum : quicquid increpauerit , Catili-
 nam timeri : nullum videri contra me consilium
 iniuri posse , quod à tuo scelere abhorreat : non est fe-
 rendum . quamobrem discede , atque hunc mihi ti-
 morem eripe : si verus est , ne opprimar : sin falsus , ut
 39 tandem aliquando timere desinam . * hac sit tecum ,
 ut dixi , patria loquatur , nonne impetrare debeat ,
 etiamsi vim adhibere non possit ? quid , quod tu te
 ipse in custodiam dedisti ? quid , quod vitanda suspi-
 cionis causa a quod M. Lepidum te habitare velle
 dixisti ? à quo non receptus , etiam ad me venire au-
 sus es , atque ut domi mea te asseruarem , rogasti .
 cum à me quoque id responsum tulisses , me nullo
 modo posse iisdem parietibus tutum esse tecum , qui
 magno in periculo essem , quod iisdem manibus con-
 tineremur : ad Q. Metellum praetorem venisti . à quo
 repudiatus , ad sodalem tuum virum optimum , M.
 Marcellum demigrasti : quem tu videlicet & ad
 custodiendum te , diligentissimum , & ad suspican-
 dum , sagacissimum , & ad vindicandum fortissi-
 mum fore putasti . sed quam longè videtur à car-
 cere atque à vinculis abesse debere , qui se ipsum iam
 20 dignum custodia iudicauerit ? * qua cum ita sint ,
 Catili-

IN L. CATILINAM.

Catilina: dubitas, si hic emori a quo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam, multis supplicij iustu debitūque ereptam, fuga solitudinique mandare? refer, inquis, ad senatum. id enim postulas, & si hic ordo sibi placere decreuerit, te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. non referam id, quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. egredere ex vrbe Catilina: libera remp. metu: in exilium si hanc vocem expectas, proficiscere. quid est Catilina? ecquid attendis, ecquid animaduertis horum silentium? patiuntur, tacent: quid expectas auctoritatem loquentium; quorum voluntatem tacitorum perspicis? * at, si hoc idem hūc adolescenti optimo P. Sextio, si fortissimo vno M. Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo senatus vim, & manus intulisset: de te autem, Catilina, cum quiescunt, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant: neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites R. honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi ciues, qui circumstant senatum, quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & vos pauld antè exaudire potuisti. quorum ego vix abs te tandiu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam, ut te hac, qua iam pridem vastare studes, relinquentem vsque ad portas prosequantur? * quanguam quid loquor? te ut vlla res frangat? tu ut vnquam te corrigas?

ORATIO

corrigas? tu ut vllam fugam meditare? tu vllum vt
 exilium cogites? vltimam tibi istam mentem dñi im-
 mortales darent. tamen video, si mea voce perter-
 ritus ire in exilium animum induxeris, quanta
 tempestas invidia nobis, si minus in presens tem-
 pus, recenti memoria scelerum tuorum, at in poste-
 ritatem impendat. sed non est mihi tanti: dum
 modo ista tua priuata sit calamitas, & à reip. pe-
 riculis seiungatur. sed tu ut viri tui commouea-
 re, vt legum penas pertimescas, vt temporibus
 reip. concedas, non est postulandum: neque enim
 Catilina, u es, vt te aut pudor à turpitudine, aut
 metus à periculo, aut ratio à fur ore reuocavit.

23 * quamobrem, vt sapiam dixi, proficiscere, ac si
 mihi inimico, vt pradicat, tuo consistere vis inuidiam,
 rectè à perge in exilium. vix feram sermones homi-
 num, si id feceris: vix molem istius inuidia, si in exi-
 lium ieris iussu consulis, sustinebo: sin autem serui-
 re me laudi & gloria mauis, egredere cum impor-
 tuna sceleratorum manu, confer te ad Manlium,
 concita perditos ciues, secerne te à bonis, infer pa-
 tria bellum, exulta impiolatrocínio: vt à me non
 electus ad alienos, sed inuitatus ad tuos esse videar-
 is.

24 * quanquam quid ego te inuitem, à quo iam
 sciam, esse pramissos qui tibi ad forum Aurelium
 praestolarentur armati? sciam pactam & con-
 stitutam esse cum Manlio diem? à quo etiam A-
 quilam illam argenteam, quam tibi ac tuis
 omnibus perniciosam confido & funestam futu-
 ram,

IN L. CATILINAM.

ram, cui domi tua sacrarium scelerum tuorum
 constitutum fuit, sciam esse pramissam? tu ut illa
 diutius carere possis quam venerari ad eodem pro-
 ficiscens solebas? à cuius altaribus sæpe istam dex-
 tram impiam ad necem ciuium transtulisti? ²⁵ ibi
 eandem aliquando, quò te iam pridem tua ista cu-
 piditas effrenata ac furiosa rapiebat, neque enim
 tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredi-
 bilem voluptatem: ad hanc te amentiam natura
 peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit: nun-
 quam tu non modò ocium, sed ne bellum quidem,
 nisi nefarium; concupisti: nactus es ex perditis,
 atque ab omni non modò fortuna, verùm etiam
 spe derelictis conlarum improborum manum:
 * hic tu qua lætitia perfrue? quibus gaudijs ex-
 ultabis? ²⁶ quanta in voluptate bacchabere, cum in
 tanto numero tuorum neque audies virum bonum
 quenquam neque videbis? ad huius vita studium
 meditari sunt illi, qui feruntur, labores tui: ia-
 cere humi, non modò ad obsidendum stuprum,
 verùm etiam ad facinus obeundum vigilare,
 non solùm ad insidiandum somno maritorum?
 verùm etiam bonis occisorum. habes, vbi-
 stantes illam præclaram tuam patientiam fam-
 is, frigoris, inopia rerum omnium, quibus te
 breui tempore confectum esse senties. * tantum ²⁷
 profeci tum, cùm te à consulari repuli, ut exulpo-
 tius tentare, quàm consul vexare temp. posses,
 atque ut id, quod esset à te sceleratè susceptum,
 lastro-

ORATIO

latrocinium potius, quàm bellum nominaretur. Nunc ut à me P. C. quandam propè iustam patriam querimoniam detester, ac deprecet, percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea penitus animis vestris mentibusque mandate. etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multò est charior: si cuncta Italia, si omnis resp. loquatur: M. Tulli quid agis? tunc eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides: quem expectari imperatorem incastra hostium sentis, auctorem scelerum, principem coniurationis, euacuatorem seruerum & ciuium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex vrbe, sed immisus in urbem esse videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem ²⁸ rari, non summo supplicio mactari imperabis? quid tandem impedit te? mosne maiorum? at per sapè etiam priuati in hac rep. perniciosos ciues morte multarunt. an leges, quæ de ciuium Rom. supplicio rogatae sunt? at nunquam in hac vrbe ò, qui à re-pub. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. an inuidiam posteritatis times? præclaræ verò populo R. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiam aut alicuius periculi metum, salutem ciuium tuorum negligis. ²⁹ * sed si quis est inuidia metus, non est vehementius seueritatis, ac fortitudinis inuidia, quàm inertia, ac nequitia pertimescenda? an, cum bello vastabitur Italia, ve-

ocaban-

IN L. CATILINAM:

xabuntur vires, tellus ardeat, tum te non existi-
 stimas inuidia incendio consagraturum? His ego
 sanctissimis reip. vocibus, & eorum hominum, qui
 idem sentiunt, in verbis pauca respondebo. Ego, si
 hoc optimum factum dicerem P. C. Catilinam morte
 multari, vixissem in hora, gladiatori isti ad vi-
 uendum non dedissem. a senibus summi viri, & cla-
 rissimi civos Saturnini, & Gracchorum, & Flacci,
 & superiorum complurium sanguine non modo se
 non contaminarunt, sed etiam honestarunt: vren-
 dum certe mihi non erat, ne quid, hoc parricida
 civium interfecto, inuidia mihi in posteritatem
 redundaret. quod si ea mihi maxime impenderet,
 tamen hoc animo semper fui, ut inuidiam virtute
 partam, gloriam, non invidiam putarem. * quan- 3^o
 quam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, qua
 imminent, non videant: aut ea, qua vident, dissi-
 mulent: qui spem Catilinae mollibus sententijs alue-
 runt: conurbationemque nascentem, non creden-
 do, corroborauerunt: quorum auctoritatem secuti
 multi non solum improbi, verum etiam imperiti,
 si in hunc animaduertissem, crudeliter & regie
 factum esse dicerent; nunc intelligo, si iste quod in-
 tendit, in Manliana castra peruenerit, neminem
 tam scilicet fore, qui non videat conurbationem
 esse factam: neminem tam improbum, qui non fa-
 teatur. hoc autem vno interfecto, intelligo hanc
 reip. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum
 comprimi posse, quod si se eiecerit, secumque suos
 eduxerit, & eodem ceteros vniuersos collectos naufragos
 P. gos

ORATIO

gnos aggregauerit: exurguerit atque delebitur non
 modo hac tam adulta resp. pesti, verum etiam stirpi,
 31 ac semen malorum omnium. * etenim diu iam P. C.
 in his periculis contumacioris, insidijque versatur:
 sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris fu-
 roris, & audacia maturitas, in nostris consulatus
 tempore erupit. quod si ex tanto larocinio iste vnus
 tolleretur, videbimus forsitan ad by. ue quoddam tem-
 pu cura, & metu esse releuati: periculum autem
 residebit, & erit inclusum penitus in venis, atque in
 visceribus resp. vt saepe homines eger, morbo graui,
 cum astu febrisque iactantur, si aquam gelidam bibe-
 rint, primum releuati videntur, deinde multo gra-
 uius vehementiusque affliguntur, sic hic morbus, qui
 est in republica, releuatus astutus poena, vehementius
 32 viuis reliquis ingrauescet. * quare P. C. secedant
 improbi, secernant se a bonis, vnum in locum con-
 gregentur, muro denique, id quod saepe iam dixi, se-
 cernantur a nobis, desinant insidiari domi suae con-
 suli, circumstare tribunal praetores urbani, obsidere
 cum gladijs curiam, malleolo: & faces ad incenden-
 dam urbem comparare: sit denique inscriptum in
 fronte vniuscuiusque ciuis, quid de rep. sentiat. Pol-
 liceor hoc nobis P. C. tantam in nobis consulibus fo-
 re diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tan-
 tam in equitibus Rom. virtutem, tantam in om-
 nibus bonis consensionem, vt Catilina proq. ditione,
 33 esse videatis. * Hisce omnibus, Catilina, cum sum-
 ma resp. salute, & cum tua peste ac pernicie,
 cum

IN L. CATILINAM.

cūque eorum exitio, qui se tecum omni scelere,
parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium
bellum ac nefarium. tum tu, Iupiter, qui h̄dem,
quibus hæc vrbs, auspicijs à Romulo es constitutus,
quem Statorem huius vrbs atque imperij verè
nominamus: hunc, & huius socios à tuis aris, cete-
risque templis, à sacris vrbs ac mœnibus, à vita
fortunæque civium omnium arcebis: & omnes
inimicos bonorum, hostes patria, latrones Italia,
scelerum fœdere inter se ac nefaria societate con-
iunctos, aternis suppliis viros mortuosque ma-
ctabis.

IN L. CATILINAM
AD QUIRITES.

ORATIO XX.



Andem aliquando Quirites, L. Ca-
tilinam, furentem audacia, scelus
anhelantem, pestem patria nefa-
rie molientem, vobis, atque huic
vrbi ferrum flammamque munitan-
tem ex vrbe vel eiecimus, vel emi-

simus, vel ipsum egredientem vrbe profecuti su-